



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Vasconcellus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

men impium noxiumque *Mors per*
in aures Ioannis pronuncia- *aures.*
uit; & è naui excessit. Inde
concepto quod magus ei af-
flârat veneno Ioannes vel eo
nomine letus occubuit, quòd
ob exactam è triremibus in-
uisam Deo, noxiam anima-
bus illam pestem, in causa
tam bona occumberet. Ioan-
nis epistolâ affectæ corporis
parti admotâ se constanuis-
se sanctimonialis quædam,
per sanctè ac indubitanter te-
stata est.

P. Antonius Vasconcellus.

Novitius.

Illustri domo natus, & *Lusitanus*
Eboræ Sacræ Inquisitionis *Goa.*
Deputatus, vt vocant, in- *16. Aug.*
tegritate magni exempli fuit *1633.*
spectabilis. Inde voto se
obligavit fidei propagandæ,
&, si liceret, fusò etiam san-

L . . . gui-

*S. Xaue-
rius.*

guine confirmandæ. S. Fran-
cisco Xauerio velut proto-
typo utebatur, eiusque se-
ctari vestigia vndequaque
optabat, Societate quoque
flagranter petitâ, sed nec-
dum impetratâ; quòd & vir-
tute & authoritate suâ plus
posse in eo in quo erat ge-
neralis per Indiam Inquifi-
toris munere pro Ecclesia
crederetur. In India perac-
curatè Inquisitionis munus
cùm ageret, quidam ad il-
lud tribunal accersiti sunt,
qui à Iudice tam incorrupto
suis fortunis, existimationi,
adeòque capiti, metuebant.
Ergò cùm donis eum cor-
rumpi haud posse scirent,
porrecto veneno morbum il-
li mortemque in causa de-
fensæ fidei consciuère. Qua-
re, qui hastenus viua ima-

Fides.

go

go Xauerij totâ imitatione
esse contendit, optauit etiam
in eadem cum illo Societate
mori, in qua viuere, quan-
tumuis id flagranti, haftenus
non dabatur. Tandem eum
id iterum atque iterum pe-
tentem Aluarus de Tauares
Goanus Prouincialis, admi-
sit: & ille, toxico glifcente
in viscera, religiosè decessit.
Quotidie conscientiam con-
fessione perpurgabat; diuino
sacrificio per tres horæ par-
tes operabatur; duas horas
orationi dabat; duobus de So-
cietate sacerdotibus ad arã
operatis ministrabat; diuinũ
officiũ, ac Deiparæ rosariũ
de genibus exquebatur; bis
quothebdomadis flagris, &
cilicio perpetuo corpus ma-
cerabat; liberalis in ærumno-
fos, sanos, & ægros.

Confess.

Oratio.

Mortif.